

Cum insula Crete sit de melioribus et honorabilioribus membris nostri Dominij, et propterea Dominium semper uigilauerit instanter ad defensionem et conseruationem ipsius, exponendo hauere et personas. Et si unquam fuit tempus, et necessitas procurandi conseruationem ipsius insule, imminet ad presens specialiter propter Turcos, quorum potencia in mari multiplicata est, ita, quod destruxerunt omnes insulas et loca Romanie, et non ualentes alibi lucrari contra Christianos comminantur uenire cum maxima armata ad insulam Crete, et iam inceperunt, et nisi prouideatur de defensione contra ipsos Turchos posset ipsi insule graue periculum iminere, et forte tarde facto malo, subueniri possit, ut peccunia haberi possit omni tempore opportuno in defensione et conseruatione insule supradicte; uudit pars, quod omnes mercatores forenses et persone forenses possint tute uenire ad dictam insulam cum quibuscumque mercationibus et rebus de omnibus partibus conductis, excepta draparia, soluendo unam pro centenario ad introitum, et pro mercationibus, quas extraxerint de dicta insula, unam aliam pro centenario ad exitum; qui denarij sint deputati pro expensis necessarijs pro defensione et conseruatione dicte insule, occasione Turchorum, et in omnibus aliis casibus opportunis, sicut uidebitur nostro Dominio ordinandum. Et predicta reuocari non possint, nisi per IIII^{or} consiliarios, duo capita de XL. XXX de XL et duas partes maioris Consilii.

De parte 302, et fuit capta. — De non 55. — Non sinceri 141. Et fuit hec pars de XL. Et si consilium etc.

15

'Εὰν ὅσα ἐλέχθησαν καὶ ἀνεγνώσθησαν προκύπτουσιν ἀληθῆ κατὰ τοῦ Σὲρ Μάρκου Ἐρίτσου πρόφην συμβούλου Κρήτης, νὰ καταδιωχθῇ. 1341, Ιουλίου 12.

Fo 116^{to} Millesimo trecentesimo XLI, die XI^{ij} Julij.

Si per ea que dicta et lecta sunt contra ser Marcum Erizo olim consilia-
rium Crete occasione predicta uidetur nobis quod procedatur contra eum.

460. — de non 50, — non sinceri 79.

1

4

1

4

16

'Ο εἰρημένος Σὲρ Μάρκος "Ἐρίτσος; νὰ καταδικασθῇ δι' ὅλα του τὰ ἐγκλήματα εἰς λίτρας χιλίας μικρῶν. Ἐπὶ πλέον δὲ νὰ στερηθῇ ἐπὶ τριετίαν τῶν συμβουλίων, ὁφφικίων καὶ διοικήσεων τῆς κοινότητος Βενετίας καὶ τῶν κτήσεων αὐτῆς. 1341, Ιουλίου 12.

Fo 116^{to} Die dicta.

Quod dictus ser Marcus Erizo condemnetur pro omnibus forfatis in libris mille paruorum; et insuper priuetur per tres annos consilijs, officijs et regimini-
bus communis Veneciarum tam intus quam extra. — 310.

